

351 Disp.IX. Part.VI. de motu grauiū, & leuiū. 352

at grauibus, & leuiibus hoc tantum conuenit, cōm sunt extra suum statum naturalem. Ex quo patet etiam responsio ad confirmationem: quod enim mouetur à se motu animali, potest impeditre suum motum; non verò quod mouetur motu tendente solum ad unam latiōem.

*Ad sextam
fusissime re-
fundatur.*

Ad sextam dicit Fauentinus totum graue esse in actu secundum actum primum, & se mouere totum secundum actum secundum; non vero partem mouere partem. Dicere quoque poteris, concessā maiori, falsam esse minorem, quod scilicet mouens est mouens, & motum secundum idem, nam mixtum de se est mouens in actu primo, & postea, dum se mouet, dicitur se reducere ad actum secundum; sicut aqua calida, dum se reducit ad pristinum frigus, dicitur se ab actu primo frigiditatis reducere ad actu secundum.

Verò quia hoc argumentum est principale pro illa opinione, ideo placet fusiū eius solutionem deducere. Ariminensis ad illud responderet, dicere quod loquendo de toto, & partibus quantitatibus, totum moueat totum, & qualibet pars scipiam; grauitas verò moueat totum, & scipiam. Item non est inconveniens, quod aliquid moueat scipium; idem enim scipium alterat, ut dictum est de aqua calida, quae scipiam frigescit, seu reducit ad frigiditatem: & voluntas in se caufat suam volitionem.

Dum autem dicitur: *Omne quod mouetur, ab alio mouetur*; hoc debet intelligi de eo, quod mouetur motione vniuersocā, id est de eo, in quo principium mouendi est eiusdem speciei specialissima cum termino motus, v.g. calidum non se calcificat per calorem, quem iam actu habet, alioquin idem est vniuersum principium mouendi, & terminus; illa autem motione vniuersocā non est in motu locali; quia principium mouendi est forma substantialis, & terminus motus est *vbi*; ergo uno verbo dices, dum sit instantia, nihil mouet scipium. In mouentibus, & agentibus vniuersis concedo, in aequiūocis nego. Item dum dicitur, *idem est in actu, & in potentia: nego*, secundum idem, ut enim aliquid sit simul in actu, & in potentia secundum idem, requiritur ut agens sit vniuersum cum suo termino.

Admittunt alij vniuersaliter illud axioma: *Omne quod mouetur, ab alio mouetur*; videlicet quod sit verum de motu, aut ab extrinseco, aut ab intrinseco: graue igitur licet se moueat; moueri tamen dicitur ab alio, in quantum à qualibet parte sui, tanquam à partiali motore intrinseco mouetur.

Quod si dicas, ergo per illud axioma non est deuenire ad primum motorem immobilem?

Respondeat Ariminensis hoc esse verum; tamen enim Aristotelem ex suis nullis principijs probasse sufficienter Deum esse.

Respondet verò Morisanus *disp. s. de elemenis dubio 7.* Vniuersaliter sumptum præsumptum axioma non esse verum, sed tantum indefinitum, id est aliquando, aut ut plurimum; non enim necesse est mouens magis distinguiri a mobili, quam agens a passo; sed non semper necesse est agens realiter distinguiri a passo, ut patet in intellectu, & voluntate; ergo nec necesse est, omne quod mouetur, moueri ab aliquo à se realiter

distinguendo. Deinde instat Morisanus: Illa pars in animali, qua mouet alias partes, vel mouetur ab alio, vel à se (certum enim est, quod ipsa mouetur) si mouetur ab alio, ergo erit processus in infinitum: si à se, ergo falsum est omne, quod mouetur, moueri ab alio.

Item Angelus mouet scipium, & anima rationalis scipiam; cū enim sint entia indivisiabilia, non potest pars eorum moueri ab alia parte: neque mouetur ab extrinseco, ergo à scipis totaliter.

Ex quo patet responsio ad primam confirmationem. Dum verò additur: idem est in potentia simili, & in actu? est in actu virtuti concedo, & in potentia formalis, quae duo non repugnant: si aqua calida est in actu virtuti ad frigiditatem; est inquam in actu virtuti, cū habeat actualiter formam substantialem, quae virtualiter continet frigiditatem; quam tamen frigiditatem non habet actualiter, sed eam habere potest: vnde dicitur esse in potentia formalis ad eam.

Instat tamen Collegium Complutense *diff. 28. quaf. 1. § 2.* esse in actu, & esse in potentia respectu eiusdem, est esse perfectum, & imperfectum respectu eiusdem, sed hoc fieri nequit. Deinde esse in actu virtuti est esse perfectiori modo, quām esse simpliciter actu formalis, & in potentia formalis, sed res non potest esse simul in actu simpliciter, & in potentia formalis, ergo neque poterit à fortiori esse in actu virtuti, & potentia formalis?

Respondendum tamen arbitror repugnare aliiquid esse perfectum, & imperfectum secundum idem, non verò secundum diuersa: sic calor vt quatuor est quid perfectum, in quantum potest calefacere, est verò quid imperfectum, in quantum tendit ad calorem vt sex: sic graue dum deorsum se mouet, dicitur esse in actu, & quid perfectum; at respectu termini, ad quem tendit, dicitur quid imperfectum: & dum subditur, quod est in actu virtuti, est perfectius eo, quod est in actu formalis; est essentialemente perfectius concedo, accidentaliter nego; nam postquam acquisitus est actum secundum, tunc ipsis aduenit quedam perfectio accidentalis, naturalis tamen scilicet actualis acquisitionis sui loci naturalis. Cū iterum subdit; repugnat aliiquid esse simul in actu formalis, seu simpliciter, & in potentia formalis; ergo magis repugnat esse in actu virtuti, & in potentia formalis; quia si minus perfectum non possit stare cum imperfecto; ergo neque magis perfectum poterit stare cum minus perfecto.

Respondeat: Si illa minus perfectum, & magis perfectum sibi inuicem omnino opponantur: quo circu est in actu formalis, & esse in potentia formalis non possunt stare simul, quia omnino ad inuicem opponuntur; at esse in actu virtuti, & in potentia formalis non sibi omnino ad inuicem opponuntur; ideo possunt stare simul. Et hæc maximè notanda sunt pro destructione totius fundamenti Collegij Complutensis.

Respondet aliter de Baconi ad illud: *Quod habet aliiquid modo eminentiori &c.* concedit illud, quod habet aliiquid eminentiori modo, non cauare

*Ad primam
confirm.*